



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod Deus non est dicendus triplex sed vetus. T. V

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

quomodo in hac Trinitate duæ vel tres personæ  
non sunt maius aliquid quam vna earum.

Ratione vtitur subtilissima ad ostendendum  
quod ita sit. S

Vide Aug.  
fere conti-  
nuo eiusdem  
cap. 2.  
libr. 8. de  
Trinit.

Ibid. paulo  
superius.

In medio.  
cap. 7.

QVOD ibi magnum dicitur, aliunde magnum  
nō est, quā eo quovere est: quia ibi magnitudo ip-  
saveritas est, & veritas essentia nō ergo ibi maius  
est, quod verius non est. Non autem verius est pa-  
ter & filius simul, quam pater solus vel filius. Non  
ergo maius est aliquid uterque simul, quam sin-  
gulus eorum: Et quia et quae vere est etiam spiritus. S.  
ideo pater & filius simul non sunt aliquid maius  
quam ipse: quia nec verius sunt. Item in essentia  
veritatis, hoc est, verum esse: & hoc est esse, quod  
est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse, quod  
verum esse. Quod igitur ibi et quae verum est, et quae  
magnū est. Quod ergo ibi plus veritatis non ha-  
bet, nō plus habet magnitudinis. Plus autem ve-  
ritatis nō habet, quod verius nō est. Nō est autem  
verius vna persona quam alia, vel duæ, quam vna,  
vel tres simul quam singula, non ergo plus verita-  
tis habet vna quam alia, vel duæ quam vna, vel tres  
simul quam singula. Sic ergo, & ipsa Trini-  
tas non est maius aliquid, quam vna quæque ibi  
persona, sed tam magnum quam singula: Non e-  
nim ibi maior est, quæ verior non est, ubi ipsa ve-  
ritas est magnitudo. Ecce modo conuenienti & ra-  
tione catholica ostensum est, quomodo indiffe-  
rens sit magnitudo trium personarū: quia nec vna  
maior est alia, nec duæ maius aliquid quam vna,  
nec tres simul maius aliquid quam singula.

Quod Deus non est dicendus triplex, sed trinus. T

PRÆTEREA cum Deus dicatur trinus, nō ea-  
men debet dici triplex. Ibi enim nō est triplicitas,  
vbi summa est vnitas & indifferens et qualitas, vni-  
de Aug. in li. 6. de Trin. ait: Nō quoniā Deus Trini-  
tas est, ideo triplex putād' est, alioquin minore es-  
set

set pater solus, vel filius solus, qua simul pater & <sup>In principio</sup>  
filius. Cū itaq; tatus est pater solus, vel solus filius, <sup>cap. 8. eius-</sup>  
vel s. sanctus quātus est simul pater & filius & sp. S. <sup>dem.</sup>  
nullo modo triplex dicendus est Deus. Non  
enim pater cum filio & spiritu sancto, maior Deus <sup>Ib' d. paulo</sup>  
est quam singuli eorum: quia non est quo crescat <sup>inferius.</sup>  
illa perfectio. Perfectus autem est & pater, & filius,  
& spiritus sanctus, & perfectus dicitur Deus sin-  
gulus eorum. Et ideo Trinitas potius, quam tri-  
plex dici debet.

*Quod non ita in rebus corporeis, vt in  
Trinitate.*

V

In rebus corporeis non tantum est vna, quan-  
tum tres simul, & plus sunt duz, quam vna res. In  
Trinitate vero summa, tantum est vna persona, <sup>Aug. lib. 6.</sup>  
quantum tres simul: & tatum sunt due, quantum <sup>Cap. 10. de</sup>  
vna: & in se infinitz sunt, & nō est finis magnitu- <sup>Trin. infi-</sup>  
dinis earum. Ac per hoc aperitur quod superius ne-  
dictū est, quomodo singula sunt in singulis, & om-  
nia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in  
omnibus, & vnum in omnibus est, & vnum om-  
nia. Ecce iam ostendimus sufficienter qualiter in  
Trinitate aliqua persona aliam non superet ma-  
gnitudine.

### OSTENSO QVOD ALIQUA PERSO-

NARVM ALIAM NON SUPERAT MAGNITV-

dine, nunc ostendit quod alia non excellit aliam  
potentia.

### DISTINCT. XX.

A

**N**VNC ostendere restat, quomodo aliqua harū  
personarum aliā non excellat potentia: vt si-  
cūt vna & indifferens est magnitudo trium, ita  
vna & indifferens esse monstretur potentia triū.  
Sciendum est ergo, quia non est potentior pater  
filio, nec filius vel pater spiritus. nec maiorem po-  
tentiam habent duo vel tres simul, quam singulus  
corū: quia nec plus potest pater & fili? simul, quam  
solus